

patris. Secūm humanā vero est in excellēti
 possessione bonoz diuinorū p̄ ceteris creatu-
 ris. qđ nulli homini vel angelo puenit. Se-
 dere ergo in dextera nō significat simplicit̄
 esse in beatitudine. sed h̄re beatitudinē cum
 quadā dñāna p̄tate et qđ p̄p̄iā naturalē. qđ
 soli x̄po cōuenit. P̄t̄est tñ dici qđ ois beat⁹ et
 si nō sedeat sit in ad dextera dei cōstitut⁹. Cō-
 siderem⁹ itaqz et his qđ dicta sunt q̄sta est glo-
 ria filij virginis beate. quem adorāt angeli.
 cui oēs obediunt creature: in cuius noie fle-
 ctitur omne genu. De stultis gentib⁹ ip̄m
 despicientib⁹. De duris iudeis in eū nō cre-
 dentibus. De malis xp̄ianis illū nō sequen-
 tibus. Hic est ille iesus qđ p̄ nobis carnē assu-
 mens de⁹ et hō triginta trib⁹ annis cū hoib⁹
 habitauit. Hic est ille qđ affixus pepedit in li-
 gno in medio latronū spinis coronatus. hic
 qui tercia die surrexit a mortuis. Hic qui re-
 gnabit i eternū cuius regni nō erit finis s̄m
 angeli sententiā Luce. i. c. Hic est deniqz de
 quo dñs ascenderet ad celos angeli dixerunt
 tanta p̄conia. Nā postqđ nube reclusus uideri
 desijt discipuli intuebant in celus suspensis
 uultibus et erectis luminibus. Et ecce duo
 uiri. i. angeli in specie uiroz apparētes iuxta
 illos in p̄p̄inquo. s. are in uestib⁹ albis in si-
 gnū solennitatis et lenicie qđ et dixerūt ut ha-
 bebatur Act. i. c. Chri galilei cur stans aspiciē-
 tes in celū quasi admirātes et stupidi de hoc qđ
 uidiſtis. et qđ si tristes et desolati de hoc qđ
 magistri x̄pi p̄sentā corporeale p̄didistis. hic
 iesus qđ assumptus est a uobis in celū et ascen-
 dere potuit. qz opus a patre sibi impositum
 cōsummauerat. nec cōtristemini. qz sic ueni-
 et queadmodū uidiſtis eū eunē in celū. Nō
 felix regnū qđ nō deficiet. Nō rex inclite qui et
 seruos tecū regnare p̄mittit. Nō gens sancta
 amicoz tuozū qđ uoce tuā dulcissimāz erunt
 audituri. Venite bñdici patris mei posside-
 te paratū uobis regnū a cōstitutione mundi
 Tu igit rex glorie x̄pi. Tu patris sempit̄er-
 nus es filius. Tu ad dextera dei sedes in glo-
 ria patris. Iudex crederis esse uenturus. Te
 ergo qđ sumus tuis famulis subueni quos p̄
 celo sanguine redemisti.

¶ De ascensio x̄pi cōgrue celebrata est respec-
 tu t̄pis p̄sone et termini. ¶ Capitulū. ij.

¶ Secundū mysteriū p̄templandū de ascē-
 sione x̄pi d̄r cōgruitas. Cōgrue nāqz cō-
 uenientissimeqz facta fuit ascēſio illa. Et hoc
 triplici respectu.

Primo respectu t̄pis.
 Secundo respectu p̄sone.
 Tercio respectu termini.

¶ Primo fuit cōgrue ascensio x̄pi celebrata
 respectu t̄pis. Quia die q̄dragesimo. postqđ
 uite auctor a mortuis surrexit ascendit ad ce-
 los. potuisset quidē antea ascēdēſe. Sed sic
 differre uoluit ut ueritatē resurrectionis p̄bas-
 ret. difficilius enī erat p̄bare ueritatē resur-
 rectionis qđ passio nis. qz a prima die vsqz ad
 tercia uere p̄bare poterat mori. Sed ad uer-
 ram resurrectionē p̄bandā plures dies req̄-
 rebant. Et hoc est qđ dicit Act. i. c. P̄buit
 seipm̄ uiuū post passionē suā in multis argu-
 mentis p̄ dies q̄draginta aparēs et loquēs
 de regno dei. Hinc Leo papa in sermone de
 ascensione inq̄t. Quadragenar⁹ hodie die-
 rū cōpletus est numerus sacratissima ordina-
 tione dispositus. et ad utilitatē n̄re eruditōis
 impensus ut dñs a dño in hoc spacio mora p̄-
 sentie corpalis extendit fides resurrectionis
 documētis necessarijs muniret. Et iterū in
 eodē sermone ait. Nō hi dies qđ inter resurre-
 ctionē dñi ascensionēqz superūt ocioso trāſi-
 ere discursu. sed magna in eis p̄firmata sunt
 sacramenta. magna sunt reuelata mysteria.
 In his metus uere mortis auferit et nō solū
 aie sed etiā carnif immortalitas declarat. In
 his per insufflationē dñi infundit apostolis
 spūs sanct⁹. et beato petro sup̄ ceteros post re-
 gni clauēs ouilis dñici cura mādāt. In his
 duob⁹ discipulis tercius in uia dñs iungit
 comes et ad omne nostrē ambiguitatis cali-
 ginē detergendā pauentiu uel trepidantiū
 tarditas increpat. flammaz fidei illuminata
 corda p̄cipiūt. et qđ erat repida referantē dño
 scripturas efficiūt ardētia. hec ille. ¶ Secūdo
 fuit cōgrue ascēſio x̄pi facta respectu p̄sone.
 ubi a doctorib⁹ queritur. An fuit cōueniens
 x̄pm ascendere. Et possit qđ arguēdo dicere
 qđ nō. Primo qz p̄hs dicit in. ij. de celo et mū-
 do. Illa qđ optimo mō se h̄nt possidēt suū bo-
 num sine motu. Sed x̄pus optimo mō se ha-
 buit et s̄m diuinā naturā qz est summū bonū
 et s̄m humanā qz erat optime glorificat⁹. et
 go nō pueniebat illi aliqz motu. S; ascen-
 sio est quidā motus q̄re uidet qđ nō debebat
 ascēdēre. Secūdo oē qđ mouet mouet. p̄ter a-
 liquid melius. sed x̄po nō fuit melius esse in
 celo qđ in terra nec q̄ntū ad aīam nec q̄ntū ad
 corpus. qz ubiqz eque beatus. ergo nō debe-
 bat ascendere. Tercio si post resurrectionem
 suā fuisset cū hoibus cōuersatus uel glorio-
 sus regnasset i terris multo plures eū seque-
 rentur qđ mō. ergo debuit nobiscū manere et
 nō ascendere in celū. P̄ro declaratiōe uerita-
 tis et horū solutione. Respondet sanct⁹ tho.
 ij. p̄t. q. lviij. Qz locus d̄z esse p̄portionatus